

mus iudicatur. Meminimus enim et meminisse volumus, Ubertum Rufum heresiarcham et novum demonicolam Eusebianam ecclesiam ante annos plures devastasse, predi rapinis et incendiis Eusebianos pauperes attrivisse in tantum, quod iam aliqui peregrini, solo relicto, mendicent, aliqui autem fame pressi et angustiis tabefacti aut langueant aut Tobia cessante insepulti remaneant. Ad hęc abluenda a festo sancti Andreę inimicum dei eundem Ubertum vocavimus, patienter expectavimus, id est malum pro malo non reddidimus cęsaremque¹, ut eum precibus et legibus revocaret, expetivimus. Per domnum Novariensem episcopum a corte redeuntem sacris iussibus monitus adquiescere noluit, usque in octavam pasceę canonice expectatus venire distulit, a cepta pertinacia non abstinuit, immo peius exercet, maiora molitur et ut impius, quia incrassatur, contemnit. Auctore ergo deo, contra quem non est consilium², et interventore beato Eusebio cum omnibus sanctis Ubertum filium Ildiprandi, ecclesię dei inimicum et pauperum eius vastatorem, et uxorem eius Iezabelissam³ filiumque eorum⁴ Opizellum cum omnibus suis fratribus⁵ omnesque eorum servos et liberos, privatos et domesticos maledicimus; omnes etiam⁶ milites, amicos et consiliarios eorum eis contra dei ecclesiam faventes dicto aut facto similiter excommunicamus omnesque pariter ab ecclesia dei separamus. Sint maledicti in domo, maledicti in agro, maledicti⁷ intus et foris; bibant de fiala irę dei, cadant brachia eorum, evanescant arma eorum,
. sepultura asini sepeliantur,
. . . , sicut Dathan et Abiron absorbeantur, ut
[n]ec aerem haustu fedore moriantur. Hec omnia per virtutem dei Uberto omnibusque eius⁸ et suorum⁸ fautoribus⁸, prout respiscat et ecclesię dei satisfaciat.

II.

Auf dem Vorsatzblatt des Cod. CXXXIV der Capitelsbibliothek zu Vercelli steht von einer sehr gefälligen und deutlichen Hand des XI. Jahrhunderts eine Aufzeichnung über die von Bischof Leo bewirkte Revindication von Hörigen der Kirche von Vercelli, die zuletzt von Bresslau

1) 'que' über der Zeile nachgetragen. 2) 'contra — consilium' über der Zeile nachgetragen; Prov. 21, 30. 3) 'et — Iezabelissam' über der Zeile nachgetragen. 4) corr. aus 'eius'. 5) 'frībus'. 6) 'maledicimus — etiam' über der Zeile nachgetragen. 7) Ueber der Zeile nachgetragen. 8) Corr. aus 'ei et suis faventibus'.